

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XCVIII. De veteri lege secundum se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

QVAEST. XCVIII.

cius habet, moderanda relicta sint: nisi forte adeo notabilis calus sit, ut merito superior consulendum occurrat. Vnde si lex superioris de ciuitate sit, cum esse ciuitatis munus sit ita proprium huic ciuitati, quod nihil ad alias spectet; potest restor dispensare in lege illa: secus autem est de communibus, quae icticiter licet habent, redundant in aliis ut si lex superioris sit de doctoratu, aut de matrimonio, cum doctor & coniunctus ubique, & non in istam ciuitatem munus suum exerceat, non spectat ad rectorem huius multitudinis, sed totius dispensare. In quibus autem eccllesia legibus possit episcopus dispensare, non est praefectus negotiorum, ubi in communi effermo de legibus, & rectoribus,

est acceptio personarum, si non seruentur aequalia in plenis in aequalibus, unde quando conditio alicuius personae requirit rationabiliter, ut in ea aliquid specialiter obseretur, non est personarum acceptio, si sibi aliqua specialis gratia fiat.

A D TERTIUM dicendum, quod lex naturalis in quantum continet praecepta communia, quae nunquam falluntur, dispensatione recipere non potest. In aliis vero praeceptis, quae sunt quasi coclusiones praeceptorum communium, quandoque per hominem dispensari, puta, quod mutuum non redditur proditori patre, vel aliquid huiusmodi. Ad legem autem diuinam in se habet quilibet homo, sicut persona privata ad legem publicam, cui subiectitur. Vnde sicut in lege humana publica non potest dispensare, nisi ille a quo lex autoritate habet, vel is cui ipse commis- rit: ita in praeceptis iuris diuini, quae sunt a Deo, nullus potest dispensare nisi Deus, vel is cui ipse specialiter committeret.

QVAESTIO XCVII.

De lege veteri, in sex articulos diuisa.

O N S E Q U E N T E R considerandum est lege veteri.

¶ Et primò de ipsa lege. Secundò, de praeceptis eius.

- CIRCA PRIMUM queruntur sex.
- ¶ Primò, Vtrum lex vetus sit bona.
- ¶ Secundò, vtrum sit a Deo.
- ¶ Tertiò, vtrum sit a Deo mediantibus angelis.
- ¶ Quartò, Vtrum data sit omnibus.
- ¶ Quinto, Vtrum omnes obligent.
- ¶ Sextò, Vtrum congruo tempore fuerit data.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex vetus fuerit bona.

A D PRIMUM sic proceditur. Videatur quod lex vetus non fuerit bona. De enim Ezecl. 20. Dedi eis praecepta non bona, & iudicia in quibus non viueret. sed lex non dicitur bona, nisi proper bonitatem praeceptorum quae continet. ergo lex vetus non fuit bona. ¶ 2 Præt. Ad bonitatem legis pertinet, ut communis saluti proficiat, sicut Iudeo dicit: *sed lex uetus non fuit salutifera, sed magis mortifera, & nociva. dicit enim A post. Ro. 7. Sine lege peccatum mortuum erat: ego autem uiuebam sine lege aliquando, sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. ego autem mortuus sum. & Ro. 5. Lex subintravit, ut abundaret delictum. ergo lex uetus non fuit bona.

Inf. 2. ad 1.
2. & Ro.
7. 1. & 3.
& Gal. 3. 1.
7. 3. 8.

Lib. 5. ca. 21.
in fine.

¶ 3 Præt. Ad bonitatem legis pertinet, quod sit possibilis ad obseruandum, & secundum naturam, & secundum humanam consuetudinem: sed hoc non habuit lex vetus. dicit enim Petrus Act. 15. Quid teratis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod

F neque nos, neque patres nostri portare possumus, go videretur quod lex vetus non fuerit bona.

S E D C O N T R A est, quod A post. dicit. Itaque lex quidem sancta est, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.

R E S P O N S U M Dicendum, quod absq; omni dubio est, quod bona fuit. Sicut enim doctrina ostenditur ex hoc, quod consonat rōni recte, ita etiam ostenditur esse bona ex hoc, quod consonat rōni, autem verus rationi consonabat, quia concupiscentia repremebat, quæ rationi aduersatur, ut patet lo mandato. Non cōcupisces rem proximam ponitur Exo. 20. Ipsi etiam oīa peccata prohibita, quae sunt cōtra rōnem: unde manifestum est, quod bona erat: & hec est rō A post. Ro. 7. Concedetur quod, legi Dei secundum interiorum hemisphaerium: Consentio legi, quod bona est. Sed nota est, quod bonum diuersos gradus habet, ut Diom. cit. 4. cap. de diu. no. * Est enim aliquid bonum, & aliquid bonū imperfēctum. Perfectum bonitas est in his quae ad finem ordinantur, do aliquid est tale, quod per se est sufficiens ad finem. Imperfēctum autem bonū est, qui operatur aliquid ad hoc, quod perueniat ad finem sufficit ad hoc, quod ad finē perducatur. Ista dicina perfecte bona est, quae hominē sanat, impedit autem est, quae hominem adiuuat, sed tamē nare non potest. Est autem secundum, quod est aliquid legis humanae, & alius legis diuina. Legis p̄fecta humanae finis, est temporalis tranquillitas cum ad quem finem peruenit: lex cohibendo exterrit, quantū ad illa mala quae possumunt per se pacificum statum ciuitatis. Finis autē legis diuinae perducere hominem ad finē felicitatis æternæ, quidem finis impeditur per quod dcūp̄lū. Finis per actus exteriores, sed et per interiores ideo illud quod sufficit ad perfectionem legis humanae, ut si peccata prohibeat, & penam apponat sufficit ad perfectionem legis diuinae, sed operatur hominem totaliter faciat idoneum ad participationem felicitatis æternæ, quod quidem fieri non testis, nisi per gratiam Spiritus sancti, per quam additur charitas in cordibus nostris, quæ legem compleat. Gratia enim Dei vita æterna, ut dicitur Ro. 6. hanc autem gratiam lex uetus conferre non posse reseruabatur enim hoc Christo: quia ut dicitur Lex per Moysē data est: gratia & ueritas per Christum facta est. & inde est, quod lex uetus, non quidem est, sed imperfēcta, secundum illud Hes. 8. Nil ad perfectum adduxit lex.

K

A D PRIMUM ergo dicendum, quod dicitur ibi de praeceptis ceremonialibus, quae quidem non bona, quia gratia non cōferebāt, per quam homines a peccato mundarentur, cum tamen per homines factores ostenderent, non signanter dicitur. Et per gratiam, in quibus non uiuent, i.e. per quam uirū gratiarum non possunt. & postea subditur: Et polluti ostendit, cum offensio in munieribus suis, i.e. pollutos ostendit, cum offensio in omne quod aperit uulnus propter delicta sua.

A D SECUNDUM dicendum, quod lex diuina effectiū, sed occasionaliter ex finione, in quantum si gratiam non conferret, quam homines implere possent quod mandatum ostendit, qd̄ verabat: & sic occasio ita non erat dissimilata ab hominibus, unde & A post. ibidem dicitur: Occasione accepta p̄ficiū per mandatum sedūcitur, & per illud occidit. Ex hac etiam ratione dicitur

Ilex subintravit ut abundaret delictum, ut ly, ut, teneatur consecutus, non causaliter, iniquatum. homines accipentes occasionem a lege, abundantius peccauerunt, tum quia gravius fuit p[ro]m post legis prohibitionem, tum etiam quia concupiscentia cœrunt. Magis enim concupiscentius, quod nobis prohibet.

AD TERTIVM dicendum, q[uod] iuguna legis seruari non poterat sine gratia adiuuante, quam lex non dabantur, dicitur enim Rom. 9. Non est uolentis neq[ue] currentis, sive & currere in præceptis Dei, sed misericordia Dei, unde in Psal. 118. dicitur: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, scilicet per donum gratiae & charitatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex vetus fuerit a Deo.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur q[uod] lex A. venus non fuerit a Deo. Dicitur enim Deut. 3. 2. Dei perfecta sunt opera: sed lex fuit imperfecta, ut supra dictum est. ergo lex vetus non fuit a Deo.

¶ 2 Præt. Ecclesiasticus 3. dicitur: Dicidi q[uod] omnia opera, quae feci Deus, perseverent in æternum: sed lex vetus non perseverat in æternum, dicit enim Apost. ad Hebr. 7. Reprobatio sit quidem precedētis mandati propter infirmitatem eius & inutilitatem, ergo lex vetus non fuit a Deo.

¶ 3 Præt. Ad sapientem legislatorem pertinet non solum mala auferre, sed etiam occasiones malorum: sed uetus lex fuit occasio peccati, ut supra dictum est. ergo ad Deum, cui nullus est similis in legis statutoribus, ut dicitur Iob. 36, non pertinebat legem talem dare.

¶ 4 Præt. Primæ ad Timoth. 2. dicitur, q[uod] Deus vult omnes homines saluos fieri: sed lex uetus nō sufficiebat ad salutem hominum, ut sup. dictum est. ergo ad Deum non pertinebat talem legem dare.

SED CONTRA est, quod dominus dicit Matth. 15. Loquens Iudeis, quibus erat lex uetus data: Irritum fecisti[m] mādatum Dei propter traditiones vestras. & paulo ante præmittitur: Honora patrem tuum & matrem tuam, quod manifeste in lege veteri continetur, ergo lex vetus est a Deo.

RESPON. Dicendum, q[uod] lex vetus a bono Deo data est, qui est pater domini nostri Iesu Christi. Lex enim vetus homines ordinabat ad Christum duplice. Vno quidem modo testimonium Christo perhibendo: unde ipse dicit Luc. ult. Oportet impleri omnia, quæ scripta sunt in lege & in P[ro]p[he]tia, & in Prophetis de me. & Ioan. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsan & mihi: de me enim ille scripsit. Alio modo per modum cuiusdam dispositionis, dum retrahens homines a cultu idolatriæ, concludebat eos sub cultu unius Dei, a quo saluandum erat humanum genus per Christum, unde Apostolus dicit ad Gal. 3. Provisu[m] veniret fides, sub lege custodiebamur conculci in eam fidem, quæ reuelanda erat. Manifestum est autem, q[uod] eiusdem est disponere ad finem, & ad finem perducere. & dico, eiusdem per se, uel per suos subditos. Non enim diabolus legem tulisset, per quam homines adducerentur ad Christum, per quem erat ei[us]ciendus, secundum illud Matth. 12. Si Satanam cicerit, diuinius est regnum eius: & ideo ab eodē Deo, a quo facta est falsa hominum per gratiam Christi, lex vetus data est.

AD PRIMVM ergo dicendum, q[uod] nihil prohibet aliquid non esse perfectum simpliciter, quod tamē est

A perfectum fuit tempus sicut dicitur aliquis puer peritus non simpliciter, sed secundū temporis conditionem: ita etiam præcepta quæ pueris dantur, sunt quidem perfecta secundum conditionem eorum, quibus dantur, et si non sint perfecta simpliciter: & talia fuerunt præcepta legis, unde Apostolus dicit ad Gal. 3. Lex paedagogus noster fuit in Christo.

AD SECUNDVM dicendum, q[uod] opera Dei perseuerant in æternum, quæ sic Deus fecit, ut in æternum perseuerent: & hæc sunt ea quæ sunt perfecta. Lex autem vetus reprobat tēpore perfectionis gratia, non tanquam mala, sed tanquam infirma & inutilis pro isto tempore: quia, ut subdit, Nihil ad perfectū adduxit lex, unde ad Gal. 3. dicit Apostolus, Vbi venit fides, iam non sumus sub paedagogo.

AD TERTIVM dicendum, q[uod] sicut supra dictum est, * Deus aliquando permittit aliquos cadere in peccatum, ut exinde humilientur: ita etiam uoluit talē legem dare, quam suis uiribus homines implore non possent: ut sic dum homines profumentes se, peccatores se inuenirent, humiliati recurrerent ad auxilium gratia.

AD QUARTVM dicendum, q[uod] quāmis lex uetus non sufficeret ad saluandum homines: tamen aderat aliud auxilium a Deo hominibus simul cum legge, per quod saluari poterat, fides Mediatoris, per quam iustificati sunt antiqui patres, sicut etiam nos iustificamur: & si Deus nō deficerat hominibus, quin daret eis salutis auxilia.

ARTICVLVS III.
Vtrum lex uetus fuerit data per angelos.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q[uod] lex vetus nō fuerit data per angelos, sed immediate a Deo. Angelus enim nuntius dicitur, & sic nomē angelī ministerium importat, non dñum, secundum illud Ps. 102. Benedicite domino omnes angelici, ministri eius: sed uetus lex a domino tradita esse perhibetur, dicitur enim Exo. 20. Lo-

Cutusq[ue] est Dñs sermones hos, & postea subditur. Ego enim sum dominus Deus tuus, & idem modus loquendi frequenter reperitur in Exo. & in libris consequentibus legem. ergo lex est immediate data a Deo.

¶ 1 Præt. Sicut dicitur Ioh. 1. Lex per Moysen data est: sed Moyses immediate accepit a Deo, dicitur enim Exod. 3. Loquebatur dominus ad Moyses facie ad faciem, sicut loqui solet amicus ad amicum suū. ergo lex vetus immediate data est a Deo.

¶ 2 Præt. Ad solūm principem pertinet legem ferre, ut sup. dictū est: * sed solus Deus est principes salutis animarum: angelii uero sunt administratōrēs spiritus, ut dicitur ad Hebr. 1. ergo lex uetus per angelos dari non debuit, cum ordinaretur ad animarum salutem.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus ad Gal. 3. Lex data est per angelos in manu Mediatoris, & Prima Secunda S. Tho. DD 4 Actuum

q. 79. art. 4.

Super Questionis nonageima octaua,
Articulum tertium.

In art. 6. arg.
pro veri. &
Ia. 7. & Gal.
3. 1. 7. & co.
2. 1. eccl. 4. &
Hebr. 1. & 2.
fa. & ca. § 3

In quaest. 98. primis tribus articulis nihil aliud scribendum occurrit, nisi ut cause intelligas dicta in response ad secundum tertij articuli. possint quidem dupliciter intelligi. Primo, ut negent Moyse uidebile diuinā essentiam. Secundo, ut negent Moysem uideisse diuinam essentiam in illa uisione, qui loquebatur facie ad faciem. Itē secundus sensus est intentus ab auctore, & non prius, ut inferius in Secunda Secunda, quæst. 74. aperitur. Vbi ex hoc quod Moyles palam, & non per a[n]tingmata Deum uideisse dicitur Numeri 12. concluditur, interueniente August. ipsum vidisse Deum per essentiam: cum quo tamē star, q[uod] legem per angelos accepit in aliis uisionibus, ut hic dicitur ex autoritate sacra scriptura.

q. 90. art. 3

QVAEST. XCVIII.

Ad hunc 7. dicit Stephanus: Accepisti legem in dispositione angelorum.

Cap. 4. ante medium.

Ar. 1. huius q.

RESPON. Dicendum, quod lex data est a Deo per angelos. & preter rationem generalē, quā Dion. assignat in 4. ca. cäl. hier. *quod diuina debent deferri ad homines medianibus angelis, specialis ratio est, quare legem veterē per angelos dari oportuit. Dicendum est n. *quod lex vetus imperfecta erat, sed disponebat ad salutē perfectā generis humani, quae futura erat p. Christum. Sic autē videtur in omnibus potestatis, & artibus ordinatis, quod ille qui est superior, principale & perfectum actum operatur per se ipsum: ea vero qua disponunt ad perfectionem ultimam, operatur per suos ministros. Sicut nauifactor compaginat nauem per seipsum, sed preparat materiam per artifices subministrantes. & ideo conueniens fuit, ut lex perfecta noui testamenti daretur immediate p. ipsum Deum hominem factum: lex autē uetus p. ministros Dei, scilicet per angelos daretur hominibus. Et per hunc modum Apostol. 1. ad Heb. probat eminentiam nouae legis ad ueterem: quia in novo testamento locutus est nobis Deus in filio suo: in ueteri autem testamento est sermo factus per angelos.

In prefat in
loc. c. 2. ante
med.

Cap. 29. p. 2.
lo post p. 2.
tom. 3.

D. 10.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Gre. dicit *in principio moralium, Angelus qui Moysi apparuisse describitur, modo angelus modo dñs memoratur, angelus uidelicet p. hoc, quod exterius loquendo seruiebat: dominus autem dñs, quia interius præfides loquendi efficaciam ministrabat. & inde est etiam, quod quasi ex persona domini angelus loquebatur.

Ad SECUNDVM dicendum, quod sicut Aug. dicit 12. super Gen. ad literam. In Exo. *dicitur: Locutus est dñs Moysi facie ad faciem. & paulo post subditur: Oftende mihi gloriam tuam. Sentiebat ergo quid videbat, & quod non videbat, desiderabat. non ergo videbat dñ ipsam Dei essentiā, & ita non immediate ab eo instruebatur. Quod ergo dñ, quod loquebatur ei facie ad faciem, secundum opinionem populi loquitur Scriptura, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo, cum per subiectam creaturā, i. per angelum & nubem ei loqueretur & appareret. Vel per visionem faciei intelligitur quādam eminentis contemplatio & familiaris infra essentiā diuinā visionē.

Ad TERTIVM dicendum, quod solius principis est sua auctoritate legem instituere, sed quandoq; legem institutā per alios promulgat: & ita De° sua auctoritate instituit legē, sed per angelos, p. mulgauit.

T Super Questio. 98.
Articulum quartum.

Infar. y. cor.
x. 3. di. 25. q.
3. art. 2. q. 22.
ad 3.

Art. p. 2. c.

ARTICULUS IV.

Virum lex uetus dari debuerit soli populo Iudeorum.

AND QUARTVM sic proceditur. Vī, quod lex vetus non debuit dari soli populo Iudeorum. Lex enim uetus disponebat ad salutem, quae futura erat p. Christum, ut dictum est: *sed salus illa non erat futura solum in Iudeis, sed in omnibus gentibus, scilicet post naturā lapsam simpliciter nulla reddi alia ratio potest, nisi sicut reprobationis, de qua in prima parte diffusum tractatum est.

Gentium, ut sis salus mea vñq; ad extremum terræ. ergo lex uetus dari debuit omnibus gentibus, & non uni populo tantum.

¶ 2 Præt. Sicut dicitur Act. 10. Nō est personus acceptor Deus: sed in omni genere qui timet Deum facit institutionem, acceptus est illi. non ergo agentem populo, quām aliis viam salutis debuit agere. ¶ 3 Præt. Lex data est per angelos, sicut iā dicitur, sed ministeria angelorum Deus non solum habet, sed omnibus gentibus semper exhibuit, dicitur Eccl. 17. In unaquamque gentem preposuit regnum omnibus etiam gētibus temporalia bona largit, quā minus sunt cura Deo, quām spiritualia bona, ergo etiam legem omnibus populis debuit dare.

SED CONTRA est, qđ dicitur Ro. 3. Quid amplius iudeo? multum quidem per omnem dum primum quidē, quia credita sunt illis eloquentia Dei. & in Psalm. 149. dicitur. Non fecit taliter omnia, & iudicia sua non manifestauit eis.

RESPON. Dicendum, quod posset una ratio affiri, quare potius populo iudeo? data sit lex, quia aliis populis: quia aliis populis ad idolatriam decimis, folius populus iudeorum in cultu iniunctus remansit, & ideo alii populi indigni erant legē ne percire, ne sanctum canibus daretur. Sed ista ratione non ut: quia populus ille etiam post legem tam ad idolatriam declinavit, quod grauius fuit. Hec Exod. 3. & Amos 5. Nunquid hostias & faciūm obtulisti mihi in deserto 40. annis domi rael, & portasti tabernaculum Moloch dñs, & imaginem idolorū vestrorū, sydus Dei vñ, quācūd vobis? Expressē ēt dñ Deut. 9. Scito, quām iusticias tuas dñs. Deus tuus dedit tibi terram in possessionem, cum dari sim etiūcūd si quis filius. sed ratio ibi præmittitur. Ut cōpleretur dñs, quod sub iuramento pollicitus est promisus Abraham, Isaac, & Iacob. Quæ autē promisit eis sit facta, ostendit Apostol. ad Gal. 3. dicens hec dicitur sūt p. omisiones, & femini eius, p. seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno & in uno, qui est Christus. Deus igitur & legem, beneficia specialia illi populo exhibuit, p. promissionem eorum patribus facta, ut ex eis Christus nascetur. Dicebat enim, ut ille populus, ex Christus nasciturus erat, quadam speciali familiōe polleret, sūt illud quod dicitur Leu. 10. critis: quia ego sanctus sum. Nec ēt fuit p. omisionem ipsius Abraham, ut talis promissio ei fieri scilicet Christus ex eius femine nascere, sed ex tua electione & uocatione. unde dicitur: Qui suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum sequeretur se. Sic ergo patet, quod ex sola gratia electione patres promissionem accepit, & populus ex eis progenitus legē accepit, sūt illud Deut. 4. distis verba illius de medio ignis, quādilectus & elegit semē eorum post illos. Si autem rursum p. ratur, quare hūc populum elegit, ut ex eo Christus nascetur, & nō alium: cōuenienter responsio dicitur, quam dicit super Ioan. Quare hunc trahat, non trahat, noli velle dijudicare, si non nisi errat.

AND PRIMVM ergo dicendum, quod quām sit futura per Christum, esset oībus gentibus prædicta: tamen oportebat ex uno populo Christum, qui p. hoc p. aliis prærogatiis habuit, sūt Rom. 9. Quorum, scilicet iudeorum, est adoptionis filiorum Dei, & testamentum, & legatio, quae patres, ex quibus Christus est secundum carnem.

AND SECUNDVM dicendum, quod accipio p. omisionem locum habet in his, quā ex debito dantur, & vero quā ex gratuita voluntate conferunt, accipio.

personarum locum non habet. Nō enim est personarum acceptor qui ex liberalitate de suo dat vni, & non alteri: sed si esset dispensator honorū communium, & non distribueret aequaliter secundum meritā personarum, esset personarū acceptor. Salutaria autem beneficia Deus humano generi cōfert ex sua gratia: vnde non est personarum acceptor, si quibusdam p̄r alii cōferantur. vnde dicit Aug. in lib. de praedestinatione sanctorū: * Omnes quos Deus docet, misericordia docet: quos autem non docet, iudicio non docet. hoc enim uenit ex damnatione humani generis pro peccato primi parentis.

AD TERTIUM dicēdum, q̄ beneficia gratiae subtrahuntur homini propter culpam: sed beneficia naturalia non subtrahuntur, inter quā sunt ministraria angelorum, quæ ipse naturarum ordo requirit, ut s̄per media gubernentur infima: & etiam corporalia subsidia, quæ non solum hominibus, sed etiā iumentis Deus administrat, secundum illud Ps. 35. Homines & iumenta saluabis Domine.

¶ super Questiones magistri oītā, Articulum quintūm & sextūm.

ARTICVLVS V.

Vtrum omnes homines obligabantur servare legem ueterem.

A D QUINTVM sic proceditur. Videtur q̄ omnes homines obligabātur ad obseruādā ueterem legē. Quicunque enim subditur regi, oportet, q̄ subdatur legi ipsius: sed uetus lex est data a Deo, qui est rex oīs terræ, vt in Psal. 46. dicitur. ergo omnes habitantes terram tenebantur ad obseruantiam legis.

¶ 2 Prat. Iudei saluari non poterant, nisi legem ueterem obseruarent: dicitur enim Deuter. 37. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. si igitur alii homines sine obseruantia legis ueteris potuissent saluari, peior sufficeret conditio iudeorum, quam aliorum hominum.

¶ 3 Prat. Gentiles ad ritum iudaicum, & ad obseruantias legis admittebantur: dicitur enim Exo. 12. Si quis peregrinorum in ueterā voluntē trāsire coloniā, & facere Phase domini, circuncidetur prius omne masculinum genus, & tunc rite celebrabit, eritq; similis sicut indigena terra. Frustra autem ad obseruantias legales sufficiunt extranci admissi ex ordinatione diuina, si absque legalibus obseruantis saluari potuissent: ergo nullus saluati poterat, nisi legem obseruaret.

SED CONTRA est, q̄ Dion. dicit 9. cap. cāl. hier. * q̄ multi Gentilium p̄ angelos sunt reduciti in Deū: sed constat, q̄ Gentiles legē non obseruabāt. ergo absque obseruantia legis potuerunt aliqui saluari.

RESPON. Dicendum, q̄ lex uetus manifestabat praecepta legis naturæ, & superaddebat quādā propria praecepta. Quantum igitur ad illa, quæ lex uetus continebat de lege naturæ, omnes tenebātur ad obseruādā ueteris legis, non quia crāt de veteri legē, sed quia erant de lege naturæ: sed quantum ad illa quæ lex uetus superaddebat, nō tenebātur aliqui ad obseruantiam veteris legis, nisi solus populus iudæorū. Cuius ratio est: quia lex uetus, sicut dictum

A est, * data est populo iudeorum, ut quandam p̄r agriam sanctitatis obtineret propter reuerentiam Christi, qui ex illo populo nasciturus erat. Quæcumque autē statuuntur ad specialem aliquorum sanctificationem, non obligat nisi illos: sicut ad quēdam obligantur clerici, qui mancipiūtū diuino ministerio, ad quæ laici non obligantur. Similiter & religiosi ad quēdam perfectionis opera obligantur ex sua professione, ad quæ seculares non obligantur. & similiter ad quēdam specialia obligabatur populus ille, ad quæ alii populi non obligabantur: unde dicitur Deuter. 18. Perfectus eris, & absque macula coram domino Deo tuo: & propter hoc etiam quēdam professione utebantur, ut patet Deut. 26. Profiteor hodie coram domino Deo tuo &c.

B AD PRIMVM ergo dicendū, quod quicunque subduntur regi, obligantur ad legem eius obseruādā, quam omnibus communiter proponit: sed si instituit aliqua obseruanda a suis familiaribus ministris, ad hæc ceteri non obligantur.

AD SECUNDVM dicendum, quod homo quādō Deo magis coniungitur, tantō efficiēt melioris conditionis: & ideo quanto populus iudeorum erat astrictus magis ad diuinum cultum, dignior alijs populis erat: unde dicitur Deut. 4. Quæ est alia gens sic inclita, ut habeat ceremonias, iustitias, judicia, & uniuersam legem? & similiter etiam quādum ad hoc sunt melioris conditionis clerici, quam laici: & religiosi, quam seculares.

AD TERTIUM dicendum, q̄ Gentiles perfectius & securius salutem consequerantur sub obseruādā legis, quam sub sola lege naturali: & ideo ad eas admittebantur. Sicut etiam nunc laici transeunt ad clericatum, & seculares ad religionem, quamvis absque hoc possint saluari.

ARTICVLVS VI.

Vtrū lex uetus conuenienter data fuerit tempore Moysi.

A D SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ lex uetus ad 2. & 4. di. 1. q. 1. ar. 1. q. 4. co. & Gal. 3. lcc. 7. non conuenienter fuerit data tempore Moysi. Lex. n. uetus disponebat ad salutem, quæ erat futura per Christum, sicut dictum est: * sed statim homo post peccatum indiguit huiusmodi salutis remedio. ergo statim post peccatum lex uetus debuit dari.

¶ 2 Prat. Lex uetus data est propter sanctificationem eorum, ex quibus Christus nasciturus erat: sed Abraham incepit fieri promissio de semine, quod est Christus, ut habetur Genes. 12. ergo statim tempore Abraham debuit lex dari.

¶ 3 Prat. Sicut Christus non est natus ex aliis descendib⁹ ex Noe, nisi ex Abraham, cui facta est promissio: ita enim non est natus ex aliis filiis Abraham, nisi ex Dauid, cui est promissio renouata, secundum illud 2. Reg. 23. Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Iacob. ergo lex vē debuit dari post Dauid, sicut data est post Abraham.

E SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Gal. 3. quod lex propter transgressionem posita est, donec ueniret semen cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris, id est, ordinabiliter data, ut glos. * dicit. ergo congruum fuit, ut lex uetus illo temporis ordine traderetur.

RESPON. dicēdum, quod cōuenientissime lex uetus data fuit tempore Moysi. Cuius ratio potest accipi ex duobus, secundū quod quilibet lex duobus generibus hominum imponitur. Imponitur n. quibusdam duris & superbis, qui per legē compescuntur & domantur. Imponitur etiam bonis, qui per legem

Glos. ordinaria ibi.

Q V A E S T . X C I X .

legem instructi adiuuantur ad implendum quod intendunt. Conueniens igitur fuit tali tempore legē veterem dari ad superbiam hominum conuincendam. De duobus enim homo superbiebat. scilicet de scientia, & de potentia. de scientia quidem, quasi ratio naturalis ei possit sufficere ad salutem. Et ideo, ut de hoc eius superbia conuinceretur, permisus est homo regimini sue rationis absq; adminiculo legis scriptae: & experientia homo discere potuit, qd patiebatur rationis defectum per hoc, qd homines vique ad idolatriam, & turpisima vita circa tempora Abrahæ sunt prolapsi. & ideo post hæc tempora fuit necessarium legem scriptam dari in remedium humanae ignorantiae: quia per legem est cognitio peccati, ut dicitur Rom. 3. Sed postquam homo est instruens per legem, conuictus est eius superbia de infirmitate, dum implere nō poterat, quod cognoscet. & ideo sicut Apostolus concludit Rom. 8. Quod impossibile erat legi, in qua infirmabatur carnem, misit Deus filium suum, ut iustificatio legis impleteur in nobis. Ex parte vero bonorum lex data est in auxilium, quod quidem tūc maxime populo necessarium fuit, quando lex naturalis obscurata incipiebat propter exuperantiam peccatorum. Oportebat enim huiusmodi auxilium quodam ordine dari, vt per imperfecta ad perfectionem manuducerentur: & ideo inter legem naturæ, & legem gratia oportuit legem veterem dari.

Ad PRIMVM ergo dicendum, qd statim post pecatum primi hominis non competit legem veterem dari, tum quia nondū homo recognoscet se ea indigere de sua ratione consilii: tum quia adhuc dictamen legis naturæ nō dum erat obtenebratum per consuetudinem peccandi.

Ad SECUNDVM dicendum, qd lex non debet dari nisi populo, est enim præceptum commune, ut dictū est: * & ideo tempore Abrahæ data sunt quedam familiaria præcepta, & quasi domestica Dei ad homines sed postmodum multiplicatis eius posteris, instantum, quod populus eset, & liberatis eis a servitute, lex conuenienter potuit dari: nam servi non sunt pars populi, vel ciuitatis, cui legem dari cōpetit, vt Philosoph. dicit in 3. Politica. *

Ad TERTIUM dicendum, qd quia legem oportebat alicui populo dari, non solum illi, ex quibus est Christus natus, legem acceperunt, sed totus populus consignatus signaculo circuncisionis, quia fuit signum promissionis Abrahæ facta, & ab eo credita, ut dicit Apostol. Rom. 4. & ideo etiam ante David oportuit legem dari tali populo iam collecto.

Q V A E S T O N C I X .

De præceptis veteris legis, in sex articulos diuisa.

DE INDE considerandum est: de præceptis veteris legis.

Et primo, de distinctione ipsorum. Secundo, de singulis generibus distinctis.

CIRCA primum queruntur sex.

¶ Primo, Vtrum legis veteris sint plura præcepta, vel unum tantum.

¶ Secundo, Vtrum lex vetus contineat aliqua præcepta moralia.

¶ Tertio, Vtrum præter moralia contineat ceremonialia.

¶ Quartu, Vtrum contineat præter hæc iudicia.

A R T I C L U S P R I M U S .

¶ Quinto, Vtrū præter ista tria contineat aliquæ. ¶ Sexto, De modo quo lex inducetur ad collationem predictorum.

ARTICULUS PRIMUS.

Vtrum in lege veteri continetur solum unum præceptum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod legi veteri non continetur nisi unum præceptum. Lex enim nihil aliud est, quam præceptum supra habitum est: sed lex vetus est una ergo continet nisi unum præceptum.

¶ Præt. Apostol. dicit Ro. 13. Si quod est aliud datum, in hoc uero instauratur. Diliges proximum sicut te ipsum: sed istud mandatum est una ergo lex vetus non continet nisi unum mandatum.

¶ 3. Præt. Matth. 7. dicitur. Omnia quæcumque faciunt faciunt uobis homines, & uos facite illis. haec enim lex & prophetæ: sed tota lex uetus continetur in lege, & prophetis. ergo lex uetus non continet nisi unum præceptum.

SED CONTRA est, quod Apostol. dicit ad Ep.

Legem mandatorum decretis evanescens: & locum de lege veteri, ut patet per gl. ibidem. ergo lex uetus continet in se multa mandata.

RESPON. Dicendum, quod præceptum legi obligatorium, est de aliquo quod fieri debet, item aliquid debeat fieri, hoc prouenit ex necessitate alicuius finis. Vnde manifestum est, qd deinde præcepti est, quod importet ordinem ad finem quantum scilicet illud precipit, quod est motuum, uel expediens ad finem. Contingit autem unum finem multa esse necessaria, vel expedita & secundum hoc possunt de diversis rebus diversa præcepta, in quantum ordinantur ad unum finem. Vnde dicendum est, quod omnia præcepta veteris sunt unum secundum ordinem ad finem: sunt tamen multa secundum diuersa coram quæ ordinantur ad illum finem.

AD SECUNDVM ergo dicendum, qd lex uenit ex una secundum ordinem ad finem unum tamen continet diuersa præcepta secundum distinctionem eorum, quæ ordinantur ad finem. Sicut ars adificativa est una secundum unitatem fines, tendit ad edificationem domus: tamen com diuersa præcepta secundum diuersos actus ordinantur.

AD SECUNDVM dicendum, qd sicut Apostol. dicit 1. ad Tim. 1. Finis præcepti, charitas. adhuc omnis lex intendit, ut amicitiam constituit, ut minimum adiuvicem, vel homini ad Deum. & tota lex impletur in hoc uno mādato. Diligimus tuum sicut te ipsum, sicut in quoda mādato omnium. In dilectione enim præceptum cluditur est Dei dilectio, qn proximus diligimus propter Deum. unde Apostolus hoc unum præcepit pro duobus, quæ sunt de dilectione Dei proximi, de quibus dicit dominus Matth. 22. duobus mandatis pendet omnis lex & proprie-

AD TERTIUM dicendum, qd sicut dicit in g. Amicabilia quæ sunt ad alterum, uenerunt etiam libibus, quæ sunt homini ad se ipsum, diu scilicet amo ita se habet ad alterū sicut ad ipse: & ideo nō quod dicitur, Omnia quæcumque vultis ut facias quibus homines, & uos facite illis, explicatur, quæ regula dilectionis proximi, quæ etiā implie-